

Urkunde Aldrichs; Quantin I, 40 ff.

ubi aedificare praefatum volumus monasterium, Staticus¹ cum adiacentiis suis, id est Vetus Ferrarias² et Petra Ursana³ cum territoriis et silvis, Chiniacus⁴ cum adiacente sibi Hermentaria⁵ cum territoriis et silvis, Fontanica⁶ cum territoriis, Lausa⁷ cum adiacentiis suis, hoc est vico Sancti-Sidronii⁸ cum territoriis et silvis et simul Latione⁹, Bracciacus¹⁰ cum territoriis, Columbarius¹¹ cum adiacentiis suis, hoc est Estiniacus¹², Suliniacus¹³ et territoria eorum cum silvis, Villamanesca¹⁴ cum adiacente sibi ponte et territorio, Misceriacus¹⁵ cum adiacente sibi Ternanta¹⁶, Villanova¹⁷ cum adiacentiis suis, hoc est Cavanarias¹⁸ et Capotenus¹⁹, Noerollis²⁰ cum adiacente sibi Caprenciis²¹ cum territoriis et silvis et simul Puteolis²². In summa sunt mansa centum nonaginta et hospitia decem et novem. Quidquid itaque in supradictis locis vel circa eandem cellulam praesenti tempore monachi in eadem divinae gratiae famulantes possidere noscuntur vel si qua sunt alia, quae forte meam fugerunt memoriam et tamen ea (*fort.*: et etiam ea quae) suis stipendiis assignata retinent cum territoriis, vineis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus et caeteris adiacentibus, ipsis tantum ex integro, ut praemissum est, eorumque usibus iure perpetuo absque ulla diminutione sub praetexto memorati episcopi nostri iure debito cedant.

-
- 1) Les Siéges, arr. Sens. 2) Unbekannt. 3) Unbekannt.
 4) Cheny, arr. Auxerre (Yonne). 5) Armançon rivière. 6) Unbekannt.
 7) Looze, arr. Joigny (Yonne). 8) Saint-Cydroine, cant. Joigny.
 9) Lasso, arr. Tonnerre (Yonne); vgl. Ducange-Favre s. v.
 10) Bracy, cant. Sens. 11) Collemiers, arr. Sens. 12) Etigny, arr. Sens.
 13) Subligny, arr. Sens. 14) Villemanoche, arr. Sens.
 15) Michery, arr. Sens. 16) Ternant, arr. Auxerre (Yonne). 'Lieu détruit'; Quantin.
 17) Villeneuve-la-Guiard, arr. Sens. 18) Chevi-
 nois, arr. Fontainebleau (Seine-et-Marne). 19) Vielleicht la Chapelle
 lotte près de Villeneuve-la-Guiard. 20) 'Lieu détruit sur Vinneuf,
 arr. Sens'; Quantin. 21) 'Lieu détruit, situé aux environs de Vinneuf?';
 Quantin. 22) Palleau, cant. Verdun (Saône-et-Loire).